

nus Jordanus Ecclesie nostre vpsalensis ychonomus, a religiosis dominabus, sanctimonialibus sancte Clare apud stocholmis, nomine eiusdem ecclesie nostre, fundum quendam, latitudinis triginta ulnarum, in Norramalm, inter communem viam et stagnum, prope claustrum, ad viginti annos continuos recepit, Cuius quidem fundi racione quolibet annorum predictorum dominibus eisdem, vna ora denariorum soluetur ex parte ecclesie nostre supradicte, Datum Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. vicesimoctauo. quinto Nonas marci.

Ett stycke af Årkebiskopens sekret på en ur brefvet klippt remsa.

2657.

1328 d. 19 Mars.

Borgaren i Stockholm HILDEBRAND ÖSTENKARSSON (Othenkarsson?) erkänner, att han af Enkefru Ramborg uppburit 30 mark Svenska penningar.

L. Sparres saml. afskr. i Riks-Arch., Sign. J. 6. fol. 31, v.

Omnibus presens scriptum cernentibus HILDEBRANDUS ØSTENKARSSON stokholmensis, salutem in Domino sempiternam. Noverunt [ɔ:Nouerint] vniuersime de nobili milite [ɔ:nobilis militis] Matie, relicta Domina Ramburg, in XXX marcis Suecorum denariorum integraliter reportasse. In cuius rei Testimonium secretum meum presentibus est appensum. Datum Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC. XX. VIII. sabbato proximo ante Dominicam Judica.

Enligt teckningen har sigillet varit borta, men en bit af remsan qvar.

2658.

1328 d. 25 Mars.

Upsala.

ULF GUDMARSSON och MAGNUS GUDMARSSON uppgifa huruledes deras aflidne svärfaders, Lagman Birger Perssons, efterlemnade egendomar blifvit delade mellan dem och Birgers omyndige son Israel.

Registr. Eccl. Upsal. perg. p. 76. (fol. 60, v.).

Omnibus presens cernentibus VLPHO et MAGNUS GUDHMARSUNI salutem in domino sempiternam Constatere volumus omnibus per presentes nos tamquam veros heredes ex parte nostrarum vxorum jure hereditario infrascripta bona post dominum birgerum pætersson bone memorie legiferum quondam vplandie recepisse, videlicet ego vlpho predictus in parte mea habui primo curias aalghø ekeby laza skiællanor et molendum ibidem karlaby III oras terre et colonos eisdem curiis subiacentes, quarum curiarum et coloniarum summa continet VIII marchas terre, redditus autem earundem omni anno mediocri sunt VII leste annone et VII pund XI marche denariorum cum VIII solidis et quatuor denariis Item in nericia habui curiam edh et vnøø cum colonis vna cum hyttis in monte ferreo in silua swin sitis quas idem dominus b[irgerus]

prius possidebat Jtem ego magnus gummarsson predictus habui ad partem meam curias videlicet innby(?). tæby. broby et sadheste cum colonis predictis curiis attinentibus, quarum omnium summa sunt octo marche terre II solidis minus, redditus autem earundem omni anno mediocri sunt sex leste annone et XVII marche denariorum Jtem in smalandum habui curiam sæby cum suis colonis, ceterum autem procuratores israelis videlicet, dominus archiepiscopus dominus kanutus jonsson dapifer johannes ingimarson et germundus hakonson, habuerunt curias finstadhir lidhø oskeste, waneste et sigualstadhe cum omnibus suis adiacenciis et in sætrum II oras terre et in nystæ II oras terre quarum curiarum et coloniarum predia sunt tanta XIIIIII marche terre cum duobus solidis redditus autem earundem omni Anno mediocri sunt XIII leste annone cum IX pund et XXV marche denariorum cum II oris Jtem in østgocia habuerunt curias norra biærgha cum suis colonis et in sudra biærghum vnum attungh, biærkaerum, et kætastadhir cum colonis et omnibus suis adiacenciis Jtem in møre curiam hulzby cum omnibus suis attinenciis ratione vnius marche terre de sigualsthum sumpte et ecclesie vpsalensi testamentaliter legate et vas argenteum dictum sten pro XVI marchis puri ponderatum cum vno baltheo argenteo et vno annulo aureo predicti procuratores leuauerunt Jtem nos vlpho et magnus gummarsuni habuimus XVI marchas puri et II annulos aureos sorte nostra Jn huius igitur operis testimonium et euidenciam firmorem sigilla nobilium virorum domini olaui archiepiscopi vpsalensis domini kanuti jonson dapiferi, domini benedicti boson domini laurençii vlfson, domini magni nielsson elaudi aduocati stokholmis johannis ingimarsson et germundi hakonsson vna cum sigillis propriis presentibus sunt appensa, datum et actum vpsalie anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> vicesimo octauo in annunciacione beate virginis marie.

Öfverskrift: Diuisio hereditatis paterne inter liberos domini birgeri petersson bone memorie yplandie legiferi.

2659.

1328 d. 30 Mars.

Linköping.

LARS af Brenninge försäljer, med Abbedissans och Konventets i Askaby bifall, en åtting i Apunda till Borgaren Awaldus i Skeninge.

L. F. Rääfs Diplomat. Saml. \*)

Omnibus presens scriptum cernentibus LAURENCIUS de brennyngge salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi quod recognosco me viro discreto

\*) Ur en af Borgmästare och Råd i Wisby år 1374 (årtalat likväld osäkert) vidimerad afskrift, innehållande flera andra brev, på pergament, bland Wadstena hospitals handlingar i Linköpings Gymnasii-